

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul.	Mundi	Anni Chr.	Anni ul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
4906 G	4176	191	238	1	Olymp. 243	946	941
4907 F	4177	194	239	2	11	947	942
4908 E	4178	197	240	3	111	948	943
4909 DC	4179	196	241	4	11	949	944
4910 B	4180	197	242	5	Olymp. 244	950	945
4911 A	4181	198	243	6	11	951	946
4912 G	4182	199	244	7	111	952	947
4913 F	4183	200	245	8	11	953	948

Q. Sotus Falco. Victoris XIX. Pertinax XXI. Severus. C. Julius Clavus. 2. xx. Did. Julian.
 Ineunte anno Pertinax Imperator à Læto, & Electo factus est. qui cum mensibus 2, diebus 28. imperasset, à militibus occiditur. à quibus Didius Julianus pactione pecunie principatum obtinuit. Sed idem post menses 2. dies 5. interficitur. Interim L. Septimius Severus in Pannonia, & Pescennius Niger in Syria, Clodius Albinus in Britannia imperium usurparunt. Severus rerum potius primùm milites, à quibus occisus erat Pertinax, exauctoravit. tum Albinum Cæsaris oblata dignitate sibi conciliavit. Inde contra Nigrum profectus est. Herod. lib. 2. Xiphil. Capitol. Spart.

Hoc tempore Clemens Alexandrinus floruit. L. Septimius Severus 11. Victoris Clodius Albinus. 3. Severus cum Nigro in Oriente bellum gerit, ac vincit. Niger Antiochiam fuga dilapsus; eaque capta, ad Euphratem properans occiditur. Herod. 111. Xiphil. At Spartianus haud procul Cyzico obruncatum esse significat. Victor Papa Theodotum coriarium Byzantinum hæreticum ab Ecclesia ejicit. Euf. lib. v, cap. xxvii.

Q. Flavius Tertullus. Victoris T. Flavius Clemens. 4. Severus Byzantium, quod Nigri partes pertinacius forebat, triennio obsidet. Xiphil. Herodianus. Cn. Domitius Dexter 11. Victoris L. Valerius Messalla Priscus. 5.

Ap. Claudius Lateranus. Victoris M. Marius Rufinus. 6. Byzantini tandem coacti deditionem faciunt; cum Severus in Mesopotamia esset, & contra barbaros pugnaret. Civitati ergo libertatem abstulit; muros evertit, eamque Perinthiis contribuit. Postea reversus in Italiam de opprimendo Albino cogitavit. quem primùm infidiis aggressus, palam deinde bello appetiit. Dum adversus eum contendit, in itinere Bassianum filium Cæsarem facit, & Antoninum vocat Herod. 111. Xiphil.

Narcissus Hierosolymorum Episcopus, Polycrates, & Bacchylides Asiatici Episcopi florent. Euf. Chron. Orta de Paschatis celebritate controversia, Romæ à Victore Papa concilium celebratur: à Theophilo verò Cæsare, ex mandato Victoris. Ab iis catholicis obeundi Paschatis ritus sanctus est. Victor porro cum Asiaticos Episcopos à communione segregare vellet, Irenæus illum ab incepto deterruit. Eufeb. v. Hist. cap. xxiv, xxv.

Judaicum & Samariticum bellum hoc anno contigisse notat Eusebii Chron. Ti. Aterius Saurinicus. Victoris C. Annus Trebonius Gallio. 7. Numerianus Grammaticus incertum quo instanti Roma in Gallias profectus, ac Senatorem se esse, & à Severo missum simulans, collecta manu cum Albinis copiis confligit: multisque rebus strenuè perpetratis, ad Severum etiam septingentesis hæs misit. Idem post victoriam Severi ad eum veniens nihil aliud quam quotidianum victum ab illo petiit, quo rure degens vitam sustentabat Xiphilinus.

Severus in Galliam veniens ad Lugdunum cum Albinis exercitu pugnavit: ac cæsis utrinque plurimis, ipsoque inter alios Albino, rerum potitus est. Urbs direpta, & incensa. Caput Albinum Romam missum, & suspensum. Secundum victoriam in amicis, & fautores Albinum crudelissimè seviit. Herod. 111. Xiphil. Spart.

P. Cornelius Anulianus. Victoris M. Aufidius Froyto. 8. Severus Antoninum filium ex Senatus-consulto creavit Imperatorem; atque ad conciliandum sibi populum magnificentissimos ludos edidit, ac congiarium eidem, militibus donativum dedit. Unde natum Tertulliano scribendi de Corona militis argumentum. Herod. 111. Xiphil. Spart.

Herodianus significat utrumque Severi filium participem imperii, & admodum factum esse. Sed Spartianus Getam nonnisi Cæsarem creatum asserit. quod & probabilius videtur.

Ti. Claudius Severus. Victoris C. Aufidius Victorinus. 9. Severus in Orientem contra Parthos expeditionem duxit, relicto

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul.	Mundi	Anni Chr.	Anni Jul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
4914 D	4184	201	246	9	Olymp. 245	954	949
4915 C	4185	202	247	10	11	955	950
4916 B	4186	203	248	11	111	956	951
4917 AG	4187	204	249	12	11	957	952
4918 F	4188	205	250	13	Olymp. 246	958	953
4919 E	4189	206	251	14	11	959	954
4920 D	4190	207	252	15	111	960	955
4921 CB	4191	208	253	16	11	961	956
4922 A	4192	209	254	17	Olymp. 247	962	957
4923 G	4193	210	255	18	11	963	958
4924 F	4194	211	256	19	111	964	959

relicto in Urbe Plautiano populati suo, cui multum tribuebat, ejusque filiam Bassiano filio desponderat. Parthos, Adiabenos, & Arabas devicit. Ctesiphontem cepit, ac diripuit. Herod. 111. Xiphil. Spart.

Persecutionis velitatio quadam in Africa fuit Praside Saturnino. Tertull. ad Scap. cap. 11.
L. Annius Fabianus. Victoris M. Nonius Mucianus. 10. xxi. Zephyrinus.

Victor Pontifex die xxviii. Julii martyrio coronatur, cum sedisset annos 1x. menses 2. Post dies xi. suffectus est Zephyrinus patria Romanus.

Scapula Proconsul Christianos in Africa vexat, antequam à Severo datum in illos esset edictum. Tert. Severus Alexandriam veniens jus ei bulentiarum dedit: cum hætenus, uno iudice, uti quondam sub regibus, contenti fuissent, quem Cæsar dedisset. Xiphil.
L. Septimius Severus Imp. 111. Zephyrini M. Aurelius Antoninus Imp. 2.

QUINTA PERSECUTIO.

Contra Christianos nova persecutio commota, præsertim Alexandria, & in Ægypto, Læto Præfecturam obtinente. Nam Judæos fieri sub gravi poena vetuisse, & idem etiam de Christianis sanxisse refert Spartianus. Passus est tum Leonides pater Origenes, cum hic xvii. non plenos annos ætatis exegisset, ac martyrii desiderio flagraret. Eufeb. vi. Hist. cap. 111. & in Chron.

Passus est & Lugduni S. Irenæus. Judas Christianus scriptor in Danielis hebdomadas commentarium scribens in hunc annum desit. Eufeb. lib. vi. cap. vii.

P. Septimius Geta Cæsar. Zephyrini L. Septimius Plautianus. 3. I. Fabius Cilo. Zephyrini M. Annus Libo. 4.

Ludi seculares Romæ celebrati. Zosimus lib. 2. Censorinus. Plautianus Præf. Prætorio contra Imperatores conspirans occiditur: ac multi deinceps, qui illi faverant, è medio sublati. Herod. 3. Xiphil. Spart.

Imp. M. Aurelius Antoninus 11. Zephyrini P. Septimius Geta Cæsar. 5. Tertullianus in Africa; Clemens Alexandrinus in Ægypto insignes habentur.

M. Nummius Annus Albinus. Zephyrini Fulvius Emilianus. 6. Origenes seipsum castravit. Eufeb. lib. vi. cap. vii. Bulas quidam latro in Italia Severum mirè ludificatur biennio toto, ac demum dolo capitur. Xiphil.

M. Flavius Aper. Zephyrini Q. Albus Maximus. 7. Tertullianus contra Marcionem scribit. Tertull. i. con. Marc. cap. xv. Minucius Felix Romæ causas agens Dialogum pro Christiana religione edidit.

Severus in Britanniam cum filiis proficiscitur. Herod. lib. 111. Xiphil.
M. Aurelius Antoninus 111. Zephyrini P. Septimius Geta Cæsar 11. 8.

Onufrius Getam hoc anno Augustum appellatum esse, ac Tribunitia potestate donatum confirmat ex numerorum inscriptionibus, in quibus legitur, *Imp. Cæsar P. Septimius Geta Pius Aug. Pont. Trib. Pot. 11. Cos. 11. & mox: Trib. Pot. 11. Cos. 11.* Sed nihil necesse est hoc potius anno, quam sequentibus illud ei contigisse. Circa hoc tempus Tertullianum librum de Pallio scripsisse ex cap. 2. colligunt.

Ti. Claudius Pompeianus. Zephyrini Lollianus Avitus. 9. Severus in Britanniam prosperè bellum gerit, ac muro per transversam insulam ducto eam munit. Spart.

M. Acilius Faustinus. Zephyrini C. Caspianus Macer Rustianus. 10. Antoninus patrem interficere aliquoties aggressus est. Ideo Severus mæore contabescit. Herod. Xiphil.

Q. Epidius Rufus Lollianus. Zephyrini xxii. Antoninus Pomponius Bassus. 11. Caracalla. Pavs II. D d d Severus

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. *	Mundi. *	Anni Chr.	Anni Jul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
4925 25 ED	4195	212	257			965	960 Julii
4926 26 C	4196	213	258		Olymp. 248	966	961
4927 27 B	4197	214	259			967	962
4928 28 A	4198	215	260			968	963
4929 29 GF	4199	216	261			969	964 Junii
4930 30 E	4200	217	262		Olymp. 249	970	965
4931 31 D	4201	218	263			971	966
4932 32 C	4202	219	264			972	967
4933 33 BA	4203	220	265			973	968 Junii
4934 34 G	4204	221	266		Olymp. 250	974	969
4935 35 F	4205	222	267			975	970

Severus moritur Eboraci prid. Non. Febr. cum imperasset annos xvii, M. viii, D. lxxi. Xiphil.
 Moriens vii. annorum canonem reliquit: adeo ut quotidiana lxxv m. modiorum expendi possent. olei vero, ut per quinquennium toti Italiae sufficeret. Corpus e Britannia Romam delatum. Spart.
 Mortuo Severo statim Antoninus medicos occidi iussit, quod sibi obtemperando patrem interficere noluisse; tum plerisque alios neci dedit. Herod. lib. lxxi.
M. Pompeius Asper. Zephyrini 12.
Asper.
 Antoninus Geram fratrem suum in matris gremio interficit v. Kal. Mart. annum agentem xxii, mensem ix. Post hæc xx m. circiter eorum, qui Getæ fuerant, occidit. Papinianum quoque Jurisconsultum, quod fratrem illam necem excusare nollet, e medio sustulit. Spart.
M. Antoninus Caracalla Aug. iv. Zephyrini 13.
P. Cælius Balbinus 11.
 Antoninus ad Istrum, & Septentrionales imperii tractus proficiscitur. Alexandrum M. idem præcipue veneratus est. Herod. iv.
Silius Messalla. Zephyrini 14.
Q. Aquilius Sabinus.
 Circa hæc tempora Tertullianus in Montani dogma lapsus est.
Æmilius Latus. Zephyrini 15.
Anicius Cerealis.
 Tertullianus librum de Monogamia jam Montani imbutus errore scripsit annis clx. postquam Paulus primam ad Corinthios dedit. Tertul. de Monogamia cap. lxxi.
 Agrippinus Carthaginensis Episcopus his temporibus Concilio habito decrevit hæreticos denuo baptizandos esse. Aug. 11. de Bapt. con. Don. cap. vii, & viii.
 Antoninus Antiochia profectus Alexandriam venit. ubi honorifice susceptus immisissis copiis suis promiscuam multitudinem occidit, quod in ipsum aliquando dicta jecissent. Post Antiochiam rediit. Herod. iv. Spart.
Q. Aquilius Sabinus. Zephyrini 16.
Sex. Cornelius Anullinus.
 Antoninus Artabanum Parthorum regem fraude circumvenit, & populato ejus regno in Melopotamia constitit. Herod. iv. Xiphil.
Brutius Præfens. Zephyrini xxiiii. Macrinus. Extricatus. 17.
 Antoninus Imp. ab Opilio Macrino per Martialem centurionem occiditur inter Edessam, & Carras, vi. Id. Apr. Vixit annos xxxix, ut ait Dio. at Spartiano xlxxi. Imperavit post mortem patris annos vi, M. ii. Succedit Opilius Macrinus.
 Epiphani. lib. de Mensuris testatur anno septimo Antonini Hierichunte v. editionem in dolo repertam.
Anton. Diadumenianus Ma- Zephyr. xxiv. *Alagabalus.* Adventus. *Scirini F. Cesar.* 18.
 Macrinus vii. Id. Jun. a militibus perimitur, cum Diadumeniano filio, cum imperasset annum i, M. ii.
 Succedit Antoninus Alagabalus perditissimus Imperator. Xiphil. Herod. Lamprid.
M. Aurelius Antonin. Aug. 11. Zephyr. xviii. *Callisti Sacerdos.* 19.
 Zephyrinus Papa cum sedisset annos xviii, dies totidem, moritur Augusti xxvi. Post hunc sedit Callistus.
 Alagabalus Romam rediens Deum suum cognominem intulit, eique templum condidit. Herod. lib. v. Lampridius.
M. Aurelius Antoninus Aug. 111. Callisti 2.
M. Aurelius Eusebianus Comazon.
 Julius Africanus legationem ad Imperat. suscipit pro instauranda Nicopoli in Palestina, quæ & Emmaus. Euseb.
Annius Gratus. Callisti 3.
Claudius Seleucus.
 Antoninus Imper. Alexandrum Mammææ filium patruelem suum adoptat, & Cæsarem appellat. Herod. v. Xiphil. Lamprid.
M. Aurelius Antoninus Aug. iv. Callisti xxv. *Alexander.* *M. Aurel. Severus Alexander Cesar.* 4.
 Alagabalus cum matre Julia militari tumultu occisus est, & in Tiberim projectus vi. Eid. Mart. anno ætatis xviii. Imperavit annos lxxi, M. ix. Huic successit Alexander princeps optimus, qui Apollonium Tyaneum, Christum, Abrahamum, Orpheum in larario suo quotidie coluisse dicitur. Itaque Christianos esse passus est. Quin & Christo templum

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. *	Mundi. *	Anni Chr.	Anni Jul.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Era Nab.
4936 36 S	4206	223	268			976	971
4937 37 DC	4207	224	269			977	972 Junii
4938 38 B	4208	225	270		Olymp. 251	978	973
4939 39 A	4209	226	271			979	974
4940 40 G	4210	227	272			980	975
4941 41 FE	4211	228	273			981	976 Junii
4942 42 D	4212	229	274		Olymp. 252	982	977
4943 43 C	4213	230	275			983	978
4944 44 B	4214	231	276			984	979
4945 45 AG	4215	232	277			985	980 Junii
4946 46 S	4216	233	278		Olymp. 253	986	981

templum facere voluit. eumque Deos inter recipere. quod & Adrianus cogitasse fertur. qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris iusserat fieri. Judæis quoque privilegia reservavit. Lamprid. Alexandro.
 Permisit idem Judæis ut in Palestina degerent, ac Præfectum loco regis haberent, qui jus illis diceret. Origenes de Safanna ad Africanum. Nonnulla tamen hoc Imperatore cædes Martyrum extiterunt: quæ consularii ejus adscribendæ sunt. Utebatur enim consilio Ulpiani, Pomponii, Celsi, Modestini, Pauli, Proculi, Venuleii, & aliorum, qui Christianos oderant. Lamprid.
 Hoc anno Hippolytus Portuensis Episcopus Canonem Paschalem inchoavit. Vide lib. 11. cap. lxxi.
Maximus. Callisti 5.
Papirius Ælianus.
Claudius Julianus. Callisti xviii. *Urbanus.*
Claudius Crispinus. 6. 1.
 Callistus Papa prid. Eid. Orob. martyrium adeptus est, cum sedisset annos v. M. i. D. xli. Succedit Urbanus patria Romanus, cum vacasset Pontificatus vi. dies.
L. Trophilus Dexter. Urbani 2.
M. Macius Rufus.
 Alexander optimis legibus Remp. constituit. Mathematicos Romæ profiteri publicè permittit. Lamprid.
M. Aurelius Severus Alexander Imp. 11. Urbani 3.
C. Quintilius Marcellus.
 Therae Alexandriæ Romæ adificata. Euseb.
Cælius Balbinus 11. Urbani 4.
M. Clodius Pupienus.
 Ambo isti Coss. Augusti postea fuerunt.
 Geminianus Presbyter Antiochia, & Hippolytus, ac Beryllus Episcopus Arabiae Bostrenus clari Scriptores habentur. Euseb. Chron.
Vetius Modestus. Urbani 5.
Prabus.
 Phileto Episcopo Antiocheno vita sancto succedit Zebennus. Euseb. Chron.
 Origenes negotii ejusdem Ecclesiastici gratiâ per Palestinam profectus in Græciam Cæsareæ Presbyter ordinatus est. Euseb. vi. Hist. cap. xix.
Alexander Severus Imp. 11. Urbani 6.
Callistus Dio.
 Hic est ille Dio, qui Romanam historiam scripsit.
Calpurnius Agricola. Urbani 7.
Clementinus.
 Origenes Alexandria à Demetrio Episcopo vexatur. Euseb. vi. Hist.
 Cæcilia virgo Romana, Tiburtius, Valerianus, Maximus viri nobiles pro Christo mortem oppetierunt. Martyr. Rom.
Ti. Claudius Pompeianus. xix. *Pontianus Felicianus.* 1.
 Urbanus Papa martyrio afficitur, cum sedisset annos vi. M. vii. D. iv. Obiit autem Maii xxv. Postquam sedes vacavit diebus xxx. creatus est Pontianus.
 Origenes anno x. Alexandri Cæsaream confugit, Alexandria, scholæque, cui Heraclam præfecit, relicta. Paulô post Demetrius Alexandrinus Episcopus moritur; cui idem ille Heraclæ successit. Quo tempore Firmilianus Cæsareæ in Cappadocia, & Alexander Hierosolymorum, Theodotus Cæsareæ in Palestina Episcopi erant Origenis studiosissimi. Euseb. vi. Hist. cap. xx.
 Per id tempus Origenes creditur Hexapla sua composuisse; nec non Octapla, de quibus accuratè disserit Epiphanius lib. de Mens. & Pond. & nos ad illum librum. ubi & secessum Tyrium annorum xxviii. refellimus.
 Floruit & Theodorus, qui Gregorius appellatus est cognomento Thaumaturgus: & ejus frater Athenodorus Origenis discipuli. Euseb. vi. Hist. cap. xxiii.
 Africanus quoque vixit eodem tempore; qui ad visendum Heraclam Alexandriam profectus est; ut refert Eusebius.
Julius Lupus. Pontiani 2.
Maximus.
 Ammonius Christianus Philosophus Platonicam Philosophiam Alexandriæ profectus: cujus auditor annis xi. fuit Plotinus Lycopolitanus. Porphyrius in Plotino.
Maximus 11. Pontiani 3.
Ovinus Paternus.
 Artaxerxes Persa cum Parthos tribus præliis superasset, & Artabanum eorum regem interfecisset, Persarum in Pars II. D d d 2 Oriente

Table with columns: Per. Jul. * @, Mundi, Anni Chr., Anni Jul., and rows of dates from 4917 to 4952.

Oriente instauravit imperium. Ad hunc Romanorum finibus imminentem cum Alexander Imperator litteras dedisset, is superbe contempsit. Herod. vi.

Maximus. Pontiani 4. Urbanus. Alexander contra Persas profectus Artaxerxem devicit: qui cum dcc. elephantis, falcatis curribus mccc. ad pugnam venerat. Romam deinde reversus triumphavit vii. Kal. Octob. Ita Lampridius ex actis Senatus: ubi & observat Herodianum longe aliter memoriae prodidisse: nimirum Alexandrum exercitum amisisse.

In Mauritania quoque Tingitana res acta feliciter per Julium Celsum; & in Illyrico per Varium Macrinum; atque in Armenia per Junium Palmatum. Lamprid.

Pontianus Papa ab Alexandro Imp. relegatur in Sardiniam. Martyrol. Roman.

L. Catilius Severus. Pontiani xx. Anteri. xxvi. Imp. L. Razonius Urinatius. 5. i. Maximinus.

Alexander contra Germanos expeditione facta paucis a militibus cum matre in Gallia perimitur, vico cui Sicilia nomen, xv. Kal. Apr. Vixit annos xxxix, M. lxxi, D. vii. imperavit annos xliii, D. ix. Lamprid. Herod. vi. qui Maximinum ait imperium usurpasse primum: deinde Alexandrum cum matre sua necasse; in quo a Lampridio discrepat.

Vicesimus itaque sextus Imperator Maximinus hoc anno cepit, Gotho patre, Alana matre natus. quem primum ex militari corpore sine Senatus auctoritate ab exercitu imperatorem esse factum scribit Eutrop. lib. ix. Hic confecto prospere bello Germanico Sirmii traduxit hiemem; dire interea per Praefectos suos in Urbe grassatus. Herod. vii. Capitol.

SEXTA PERSECUTIO.

In ea persecutione Pontianus Rom. Pontifex xix. Novemb. passus est, cum sedisset annos iv, M. vi. ferè. Post xliii. dies suffectus est Anterus natione Graecus.

C. Julius Maximinus Aug. xxi. Fabiani C. Julius Africanus. i.

Gordiani ambo, pater, & filius Carthagine imperium usurpant. Qua re accepta, Romani auctore Senatu a Maximo deficiunt; & legati ubique missi, qui in Senatus potestate provincias continerent. Vitalianus Praefectus Praetorio, Sabinus Urbi praefectus interfecti. Senatus xx. viros ad tuendam Remp. delegit. Lampr. Herod. vii.

Anterus Papa cum paullò plus uno mense Pontificatum tenuisset, martyrio afficitur. lxx. Non. Jan. Post dies xii. creatus est Fabianus patria Romanus.

P. Titius Perpetuus. Fabiani xxvii. Imperatores Calis Balbinus. L. Ovinus Rusticus. 2. Pupienus Maximus.

Gordiani ambo, postquam in Africa annum circiter unum, ac dies aliquot imperarunt, a Capeliano Maximo duce perempti sunt. Senatus Maximum Pupienum, & Balbinum delegit. Maximinus dum Aquileiam obsidet, a militibus una cum filio interficitur. Herod. viii.

Solis defectio contigit Apr. xii, hora 4, 51'. post meridiem, feria iv. fuitque digitorum 10; cujus meminit Capitolinus. Vide lib. xi, cap. xxxvi.

M. Ulpius Crinitus. Fabiani xxviii. Imperator Proculus Pontianus. 3. Gordianus.

Hic est annus ille, quo Censorinus librum suum commentabatur; quemque variis annorum titulis definit. qui adamussim cum nostra Chronologia consentiunt. Vide Censor. cap. xxi, pag. 47; & librum nostrum ix, cap. xlv.

Eclipsis Solis hoc anno facta Aprilis 2, hora 7, 25'. post mediam noctem Romae: fuitque digitorum 8; L. xj, c. xxiv.

Balbinus, & Pupienus uti populo accepti, sic invisi militibus, ab iis occiduntur. Gordianus puer natus annos, ut alii volant, xliii; vel, ut alii placet, xvi, hoc anno solus imperare cepit magno favore ordinum omnium. Capitolinus.

M. Antonius Gordianus Aug. Fabiani M. Acilius Aviola 11.

Mortuo Zebino Antiocheno Episcopo succedit Babyllas. Euseb. vi. Hist. cap. xxxiii.

Hoc anno Antiochia Gordianus fuisse videtur. Exstat enim rescriptum illius L. x. Ex. inc. corp. C. G. his Clod. Kal. Apr. Antiochia editum.

Vatius

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Era Nab., and rows of dates from 4913 to 4964.

Table with columns: Per. Jul. * @, Mundi, Anni Chr., Anni Jul., and rows of dates from 4973 to 4984.

Vestius Sabinus 11. Fabiani Venustus. 5.

Sabinianus in Africa contra Gordianum rebellans a Mauritania praefectus comprimitur. Capitolinus.

M. Antonius Gordianus Aug. 11. Fabiani Ti. Claudius Pompeianus 11. 6.

Papinianum Conf. pro Pompeiano vocat Capitolinus. Gordianus Mithreus doctissimi, ac disertissimi viri filiam duxit antequam contra Persas proficisceretur, qui Syriam populabantur. Capitol.

C. Aufidius Arvicius. Fabiani C. Afinius Praxeolus. 7.

Gordianus aperto Jano gemino cum ingentibus copiis contra Persas tetendit. Iter habuit per Mesiam, ac Thraciam: tum Antiochiam adit: Carras, Nisibin, aliaque oppida de Persis recepit. quos in suam regionem compulit. Capitol.

C. Julius Arrianus. Fabiani C. Julius Praxagoras. 8.

Mithreus fover Gordiani dolo Philippi Arabis obiit. qui in illius locum Praetorio praefectus est. Capitol.

Circa haec tempora Beryllus Arabiae Episcopus de Christi divinitate haud rectè sentiens ab Episcopis damnatus est. quem Origenes ad saniolem mentem reduxit. Euseb. vi. Hist. cap. xxv.

Peregrinus. Fabiani xxix. Imperator Fabianus Emilianus. 9. Philippus.

Gordianus hoc anno a Philippo praefecto Praetorii nefarie trucidatur. qui in ejus locum Imperator factus est. Capitol.

M. Julius Philippus Aug. Fabiani T. Fabius Titianus. 10.

Philippus a Perside Romam venit, pace cum Sapore confutata. Priscum fratrem Syriacis exercitibus praefecit: Severianum generum Mytiae, & Macedoniae. Zosimus i.

Bruttius Praesens. Fabiani Nummius Albinus. 11.

M. Julius Philippus Aug. 11. Fabiani M. Julius Philippus Caesar. 12.

M. Julius Philippus Aug. 111. Fabiani M. Julius Philippus Caesar. 13.

Hoc anno ludi saeculares editi sunt: ut ex numis veteribus constat. Vide lib. xi. cap. xxvi i.

Theatrum Pompeii incensum, & hecatostylon. Euseb. Chron.

S. Cyprianus Carthaginiensis Episcopus creatur mortuo Donato; ut ex ejus epistola lv. colligitur.

S. Dionysius Alexandrinus Episcopus iniit hoc anno, sedique annos xvii. Euseb.

Fulvius Emilianus. Fabiani xxx. Imperator Vestius Aquilinus. 14. Decius.

Hoc anno, cepto jam imperii sexto, Philippus senior Verone, junior Romae a militibus occisi sunt. Successit Decius ex inferiore Pannonia oriundus. Eutrop. x. Aur. Victor.

Decius Augustus. Fabiani Sedes Annius Maximus Gratus. 15. vacat.

SEPTIMA PERSECUTIO.

Decius septimam in Christianos persecutionem commovit. Euseb. Chron. & vi. Hist. cap. xxxii. Oros. lib. vi. cap. xxi.

Fabianus Papa in ea persecutione martyrium obiit, Januarii xx. cum sedisset annos xv.

In eadem persecutione Origenes tus obtulit. Epiph. Her. 1xlv. quem ad locum Animad. nostras consule.

Paulus primus eremita in Thebaide persecutionem devitans, cum in speluncam venisset, solitariam vitam amplexus est. Hieron. in Paulo. Antonius monachus in Aegypto nascitur, ait Eusebii Chron.

Decius Aug. 11. xxii. Pontifex xxxi. Imp. Gallus, Q. Etruscus Dec. Cas. Cornelius i. & Volusianus.

Ortum est in Africa schisma auctore Felicissimo presbytero, in causa lapsorum, quos contra disciplinam admitti volebat. Huic Novatus Episcopus inhaesit. qui Romam postea veniens ad Novatianum se presbyterum adiunxit.

D d d 3 Interim

Table with columns: Per. Jul. #, Mundi, Anni Chr., Anni Jul., and rows for years 4965, 4966, 4967, 4969, 4970.

Interim Cornelius Papa, posteaquam sedes ultra annum vacavit, Pontifex creatur. contra quem Novatianus schisma conflavit. Cypria. Ep. lv. & aliis. Vide Epiph. Har. l. ix. & Animad. nostras.

OCTAVA PERSECUTIO.

Valerianus atroci in Christianis persecutione saevit. Euseb. vii. Hist. cap. ix. Severus Sulp. 17. Stephanus Papa postquam sedet annos 11. M. 111. martyrio coronatur.

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Aera Nab., and rows for years 1007, 1006, 1007, 1008, 1009, 1010, 1005.

Table with columns: Per. Jul. #, Mundi, Anni Chr., Anni Jul., and rows for years 4971, 4972, 4973, 4975, 4976.

pestilens dogma renovavit, latiusque propagare cepit; ut omnem à sanctissima Trinitate personarum differentiam tollerent. Euseb. vii. Hist. cap. viii. Epiph. S. Gregorius Thaumaturgus per idem tempus floruit.

Table with columns: Imp. Rom., Olymp., Urbis cond., Aera Nab., and rows for years 1005, 1007, 1008, 1009, 1010, 1011.

Per. Jul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni ul.
4977 21 18 C3	4247	264	309
4978 22 19 A	4248	265	310
4979 23 1 G	4249	266	311
4980 24 2 F	4250	267	312
4981 25 3 ED	4251	268	313
4982 26 4 C	4252	269	314
4983 27 5 B	4253	270	315
4984 28 6 A	4254	271	316

P. Licinius Gallienus Aug. VII. *Dionysii* 6.
Emilius Saturninus.
Odenatus rex Palmyrenorum obtinuit totius Orientis imperium interim dum Gallienus luxu, ac nequitiis tempus infumit. Statim ergo bellum Persis indicit in vindictam Valeriani. Nisibin & Carras occupavit. captos Satrapas Romam ad Gallienum victos misit. qui & aliena victoria triumphavit. Hæc Trebellius his ipsis Coll. qui & Scythas in Cappadociam, & Bithyniam eodem tempore irrupisse scribit. Sed haud scio an non id antè contigerit. Gallienus Archon Athenis hoc anno fuit.

P. Licinius Valerianus Caesar II. *Dionysii* 7.
L. Cassius Macer.
Synodus Antiochia contra Paulum Samosatenum cogitur. Euseb. VII. Hist. cap. xxii. S. Gregorius Thaumaturgus haud multo post moritur.

P. Licinius Gallienus Aug. VIII. *Dionysii* 8.
Sabinillus.
Jerosolymorum Episcopatum tenet Hymenæus. Euseb. *Ovinius Paternus.* *Dionysii* 9.
Arceflaus.
Poltumius tyrannus cum septem annis Gallias optimè rexisset, obiit. Victorinus, quem ille sibi sociarat, solus imperavit. qui ob libidinem postea cæsus est. Trebell.

Odenato Palmyrenorum rege interfecto, Zenobia ejus uxor principatum obtinuit. Gallienus Heraclianum ducem contra Persas destinavit; qui à Palmyrenis victus est. Cleodanus & Athenæus Gallieni duces, Scythas, qui Istrum trajecterant, fundant. Gotthi Cyzicum, & Asiam; tum Achaïam vastarunt. Victi ab Athenæo Epirum, Acarnaniam, Bœotiam pervagati sunt. Trebell. in Gallienis.

Ovinius Paternus II. *Dionysii* xxxiiii. *Imperator Macrianus.* *Claudius.* 10.
Gallienus Martiani & Cecropii ducum fraude contra Aureolum tyrannum excitus ad Mediolanum occiditur unâ cum ejus fratre Valeriano. Trebell. Imperavit cum patre annos VII. solus VIII.

Succesit ei Claudius circiter IX. Kalend. April. ut ex Trebellio colligitur. Hic Aureolum tyrannum sustulit. in Christianos sævit. Nam passi sub eo leguntur XIX. Febr. Marius, Martha, Audifax, & Abacus Persæ. Potrò adversus Gotthos expeditionem suscepit. Trebell.

M. Aurelius Claudius Aug. II. *Dionysii* 11.
Ovinius Paternus.
Claudius Imperator Gotthos insigni prælio vicit. Casa sunt barbarorum cccxxm. navium 11m. demersit. Treb. Pollio.

Alexandriæ Bruchium destruit. Euseb. Chron. *Antiochianus* *Dionysii* xxxiv. *Imper. Orsius.* *Aurelianus.* 12.
Reliquæ Gotthorum ad Hamimontum peste, ac fame confectæ. Claudius quoque peste moritur in eunte anno, cum imperasset annum I. M. x. & dies aliquot. Frater ejus Quintillus cum imperium sumpsisset, post XVI. dies à militibus occisus est: cum interim Imperator factus esset Aurelianus Sirmio oriundus, obscuro genere natus, qui inter laudatissimos principes ab Ethnicis memoratur. Trebellius.

Plotinus Philosophus obiit. Porphyrius in ejus vita. Firmicus lib. I. cap. 111.

Paulus Samosatenus damnatam priore Antiocheno Concilio hæresin repetens in secunda Synodo Antiochena iterum damnatur, ac sede dejicitur. Sed cum Ecclesiis cedere nollet, interpellato Aureliano vi detrusus est. Euseb. VII. Hist. cap. xxxiii. & xxiv. Athan. de Syn. qui & indicat Romæ celebratam super ea re synodum à Dionysio Papa. Is verò cum sedisset annos XI. M. 111. D. XIV. obiit Dec. xxvi. Cùmque vacasset sedes dies V. ultimo anni die creatus est Felix Romanus.

Aurelianus Aug. *xxvii. Felix* 1.
Pompeianus Bassus.
Alamanni & Marcomanni Romanum imperium infestant. clades etiam ab iis ingens ad Placentiam accepta. Ob id trepidatum Romæ, & Sibyllini libri Aureliano jubente consulti. cujus rescriptum ad Senatum in hæc verba refert Vopiscus. *Miror vos, patres sancti, tandiu de aperendis Sibyllinis dubitasse libris, perinde quasi in Christianorum Ecclesia, non in templo Deorum omnium tractaretis.* Nempe quod Christiani ab istiusmodi profanorum librorum lectione utique in Ecclesiis abhorrent. Postea victi barbari. *Aurelianus*

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
5	IV	1017	1018 Junii
6	Olymp. 261	1018	1019
7	II	1019	1014
8	III	1020	1015
1	IV	1021	1016 Junii
2	Olymp. 262	1022	1017
1	II	1023	1018
2	III	1024	1019

Per. Jul.	Mundi.	Anni Chr.	Anni Jul.
4985 7 GF	4255	272	317
4986 8 E	4256	273	318
4987 9 D	4257	274	319
4988 10 C	4258	275	320
4989 11 BA	4259	276	321
4990 12 G	4260	277	322

Aurelianus Roman veniens perosque nobiles occidit. Muros exinde Romanæ urbis amplificavit. Vopiscus. Zofimus I.

Quietus. *Felicis*
Valdumianus. 2.

NONA PERSECUTIO.

Aurelianus persecutionem in Christianos tentatam antea, sub hoc tempus instauravit. In ea passi sunt quam plurimi. imprimis S. Symphorianus Augustoduni. S. Leo Serm. 2. de Pentec.

Idem Imperator contra Zenobiam in Orientem profectus, quæ filiorum nomine orientale tenebat imperium, multa in itinere, ac magna bellorum genera confecit. Byzantium, Tyanam, Antiochiam, & alias urbes obtinuit. Vopiscus in Aureliano.

M. Claudius Tacitus. *Felicis* 3.
Furius Placidianus.
Aurelianus Zenobiam vincit, & ad triumphum reservat. Longinum quoque Philosophum, quo ad Græcas litteras utebatur magistro Zenobia, occidi jussit. Vopiscus.

L. Domitius Aurelianus Aug. II. *Felicis* 4.
C. Julius Capitolinus.
Aurelianus Tetricum tyrannum apud Catalaunos in Gallia in deditonem accepit; eundemque cum Zenobia in triumpho ductum Correctorem Lucaniae fecit: Zenobiam verò in Italia vivere passus est. Vopiscus. Eutrop. IX.

Idem Soli templum ædificavit; & agonem in ejus honorem instituit. Sub hoc Monetarii rebellant vitiatas pecuniis, & Felicissimo rationali interfecto. quos Aurelianus ultima crudelitate compefcuit. Provinciam Daciam, quam Trajanus ultra Danubium fecerat, reliquit, desperans eam posse retineri. Euseb. Chron. Eutrop. IX. Aurel. Vict.

L. Domitius Aurel. Aug. III. *xxviii. Papa xxxv. Imp. Eutychianus I.* *Tacitus.*
T. Anonius.
Aurelianus Mnesthei secretariorum notarii fraude occiditur ad Canophrurium, quod inter Constantinopolin, & Heracleam situm est. Vopiscus. Eutrop. Zofimus I. Circa hunc annum, natus est Constantinus Naisin Thracia. Stephanus.

Occisus est autem Januario circiter mense, cum imperasset annos V. & aliquanto plus.

Post ejus obitum interregnum fuit mensium octo ferè. Nam cum eligendi Imperat. potestatem mutuo sibi Senatus, ac milites deferrent, interim spatium interjectum est. Tandem à Senatu Tacitus creatur VII. Kalend. Octobris vir egregie moratus, & Reip. gerendæ idoneus: qui ad Tacitum historicum originem referebat suam. Vopiscus Tacito. Eutrop. Zofimus I. Hic persecutioni finem imposuit. Acta Charitonis apud Surium Septembris xxviii.

Felix Papa III. Kalend. Junii martyrio coronatur, cum sedisset annos IV. M. V. ut Onofrius computat. Succesit Eutychianus patria Lunensis in Tuscia, postquam sedes vacavit dies V.

M. Claudius Tacitus Aug. II. *Eutychiani* xxxvi. *Imp. Fulvius Emilianus.* 2.
Probus.
Tacitus moritur sexto imperii mense. Ergo Martio obiit. Succedit Florianus ejus frater, ac vix duobus mensibus imperium tenuit. Eo interfecto M. Aurelius Probus vir egregius, oriundus è Pannonia Sirmiensis imperare cepit. Vopiscus. Is simulatque imperium natus est, in eos milites animadvertit, qui Aurelianus interfecerant. Idem.

Probus Aug. *Eutychiani* 3.
Paulinus.
Probus in Gallias profectus sexaginta de barbaris civitates recepit, & dccm. propemodum occidit. Vopiscus Probo. Meminit excursionis illius barbaricæ, hoc est Alemannicæ Greg. Turon. lib. I. cap. xxxii. Hist. Franc. & ab iis occisum ait S. Privatam Gabalitanum. Anno Antiochenorum cccxxv. Tyriorum ccccl. Laodicenorum cccxxiv. Edeffensorum dxxxviii. Afsalonitarum cccxxx. infana Manicheorum hæresis in communem generis humani perniciem erupit. Euseb. Chron. Vide Animadver. Epiphianias ad Her. Manich. quæ est LXVI.

Itaque Antiochenorum æra ab anno primo Julii Cæsaris exordium cepit; Periodi Juliani 466, exeunte: ut lib. X. cap. LXIV. ostendimus. Laodicenorum à sequente fortasse vere. *Pars II.* *E e e* Tyriorum,

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
3	IV	1025	1020 Junii
4	Olymp. 263	1026	1021
5	II	1027	1022
6	III	1028	1023
1	IV	1029	1024 Junii
2	Olymp. 264	1030	1025